



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

1 Clericis negotiari est prohibitum, & quare, & quam poenam  
contravenientes incurrant.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

**E**CCLĒSIAS TICÆ personæ negotiorum causa plures pœnas incurrit: & quia supra de spoliis clericorum egimus, quæ in genere pœnarum versantur, non absolum est, ut de aliis pœnis nunc agamus.

1 Primò enim ꝑ lucris causa clericis est negotiari prohibitum, *cap. secundum instituta, ne cleric. vel mon.* Nam qui Deo interviunt, & annexi sunt clero, accedere non debent ad actiones, seu administrationes, vel ad procuraciones domorum secularium, cum nemo militans Deo negotiis secularibus se debeat implicare, *cap. credo. cum seq. 21. quest. 3.* & si occasione administrationis propter pecuniariam causam deprehendantur in fraude, subeunt pœnam, quòd eis ab Ecclesia subveniri non debet, *cap. sacerdotibus.* & ibi gloss. final. in *cap. & Abb. num. 1. ne cleric. vel mon.* gloss. in *cap. quanta, in ver. principium, de off. ord.* & Diaz. *pract. crim. cap. 57. alias 50. n. 1.*

2 Secundò, ꝑ clericis illicitorum contractuum mediatores esse non possunt, cum mediator, criminis ipsius delictum committere dicatur, *cap. 1. de testi. in 6.*

3 Et clericus mediator ꝑ in contractibus usurariis vsuras restituere teneretur, gloss. in *l. si sciente ff. de parric.* Mediator autè ut quis simoniacè ordinetur, à proprio gradu decedit, *cap. si quis Episcopus. §. si quis verò, 1. quest. 1.* infamiatque pœnam incurrit, gloss. 1. in *d. cap. 1. de testi.* & *cap. fin. cum ibi allegat per gloss. in ver. percussantur, 1. quest. 3.*

4 Tertio, tabellionatus ꝑ officium clerici in sacris constituti exercere non debent, & contrafacientes per beneficiorum subtractionem, appellauone postposita, ab officio huiusmodi sunt interdicens, *cap. si ut, ne cleric. vel mon.* & ibi Abb. n. 2:

quia illud officium extraneum est officio clericorum, præsertim in ordine sacro constitutorum.

Est enim officium ꝑ vile, cum tabellio dicatur servus publicus: & seculare, quia dicitur servus à serviendo omnibus; & idè decurionibus est prohibitum, *l. universos decuriones. C. de decur. lib. 10.* gloss. in *d. cap. sicut,* & ibi Abb. num. 5.

Estque officium clerico ꝑ interdicens; tamen clericatus, vel beneficium per supervenientiam tabellionatus non perditur ipso facto, sicut, nec per clericatum perditur officium tabellionatus, *d. cap. sicut,* ubi etiam Abb. num. 3. & *cap. officium, §. ad conscribendas, de heres. in 6.* Possunt nihilominus clerici tam seculares, quàm regulares, etiam in sacris ordinibus constituti, qui ante ordinum susceptionem officium susceperant, tabellionatus illud in causis ꝑ hæresis exercere, *d. §. ad conscribendas,* & Abb. in *d. cap. sicut. num. 6.* & etiam in foro ecclesiastico præsertim in Urbe, ut sunt Protonotarii, qui Papæ notarii dicuntur, & notarii curiæ Auditoris Camere & Camere Apostolicæ, ac sacre Rotæ, qui omnes eiusdem Papæ sunt notarii, à quo fuerunt tribuna- lia prædicta erecta. Nam tam laicis, quàm clericis etiam beneficiatis titulo oneroso officia notariatus huiusmodi ad vitam conceduntur, propterea licitè exercere, & notarii quoque episcoporum esse possunt, ut post Joan. Andr. Philipp. & Goff. tenet Abb. in *d. cap. sicut, n. 6.* Quandoque etiam vigente iurisdictionis ecclesiæ necessitate, & oppressione, cum pluries acciderit, quòd aliqui magistratus in memores salutis æternæ verbo, factò,